



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Fvlvii Androtii, Societatis Iesv, Piæ meditationes de  
Passione & Morte D. N. Iesv Christi**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno MDCIII**

Quartum [i.e. quintum] Mysterium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48634](#)

## PETITIO.

**P**ete gratiam, ut omnes tribulationes  
& flagella de manu Dei suscipias, &  
in ijs sustinendis sis fortis, sicut  
CHRISTVS benedictus alligatus colum-  
næ.

## ORATIO.

**D**omine Iesu Christe oro te per tua  
cruelissima flagella, per acerbissi-  
mos dolores, per pretiosum san-  
guinem, quem tam copiosè tunc profu-  
disti, & ante omnia per ardentissimum  
amorem, qui te ad hæc toleranda per-  
mouit, ut velis mihi largiri gratiam, ut  
omnes tribulationes tanquam de sanctis  
manibus tuis suscipiam, & cum ea forti-  
tudine animi eas perscriram, qua tot, tam-  
que acerba flagella sustinuisti, ad laudem  
& gloriam nominis tui in saecula saeculo-  
rum. Amen.

## Quartum Mysterium.

**D**e Inuentione Coronæ, pœna grā-  
uissima, quæ simul & magno do-  
lore & magno dèdecore eum affi-  
cīc.

**DE PASS. DOMINI.** 35

eiebat, qualem ne proprius quidem dæmon excogitare potuisset.

Nec legitimus usquam tantam crudelitatem fuisse usurpatam.

Cogita te esse præsentem coronationem,  
& considera quatuor puncta subiecta.

*Puncta consideranda.*

1. Considera maximum Christi dolorem, quem tunc sensit.
2. Quantus fuerit eius amor ad hunc dolorem sustinendum impellens.
3. Quod magnam senserit confusio-  
nem, cum res fuerit valde ignominiosa, ut dictum est.
4. Quod id factū sit ab ijs, quos tantis  
beneficijs afficerat.
5. Quanta humilitate, patientia, man-  
fuetudine, modestia, & gaudio hæc omnia amore nostri tolerauerit.

*Confusio.*

1. Quod superbia nostra cum corona-  
uerit, & saepe adhuc coronet spinis.
2. Quod ne verbum quidem unum  
contra honorem nostrum ferre possi-  
mus, cum tot feramus contra honorem  
Dei.
3. Quod tam parum memores simus

C + tam-

56 ANDROTII

tantæ charitatis, & tam ingrat.

4. Quod tam longè absimus à deside-  
rio patiendi pro Christo.

5. Quod propter res etiam minimas tā  
simus impatientes, tam iracundi, tam ar-  
rogantes.

PETITIO.

**P**ostula ardens desiderium patiendi  
pro Christo; abhorrendi ab omni su-  
perbia & vanitate, habendi pro spi-  
nis omnes voluptates mundi, & nolen-  
di ut sub capite spinoso inueniatur mem-  
bra delicata.

ORATIO.

**D**omine Iesu Christe per coronam  
pineam, per dolores tuos & con-  
tumelias, & per dulcissimum a-  
morem supplico, & peto ardentissimum  
desiderium multum pro te patiendi, &  
renunciandi omnibus vanis & sensuali-  
bus voluptatibus; vt non feram caput  
tuum esse spinosum, & mea membra  
esse delicata, tu irridearis & ego honorer,  
tu fleas & ego immoderate rideam.  
Concede mihi vt semper ob oculos ha-  
beam

DE PASS. DOMINI. 57

beam coronam tuam spineam , dolores  
& cruciatus tuos, & ante omnia fructuo-  
sissimam tuam charitatem, qua pro me  
peccatore tanta pertulisti; ut te semper ha-  
beam in corde meo, teque benedicam in  
sæcula sæculorum. Amen.

*Mysterium sextum.*

Tot genera calumniarum, iniuriarum  
& verborum, eodem tempore quæ Chri-  
stus illis sustinuit.

1. Tot sputa fœtida in benedictam fa-  
ciem iniecta.
2. Tot alapæ datæ ab hominibus tam  
vilibus, miseris & infamibus.
3. Tot genera vestium quibus fuit in-  
dutus, nunc albæ, nunc rubræ, ac si fuif-  
set stultus.
4. Velatio faciei & colaphizatio , di-  
cendo, Prophetiza, quis est qui te per-  
cussit?
5. Vestis purpurea & arundo in manu,  
qua sanctissimum caput eius fuit per-  
cussum; irridendo illum, & vocando Re-  
gem.
6. Tot testimonia falsa in eum dicta.
7. Quod toties proclamatus sit per  
omnes urbis plateas seductor , in qua-

C. S. pau.